Accedit, fieri etiam non posse, ut, salvâ perspicuitate, alius hic ordo introduceretur, *sine frequenti verborum mutatione.* Legimus v. c. p. ٣ l. 9, أمرة ماء لبنى عميلة الجج، الاراطة ماء لهم ; p. ١٤ l. 1 et 2, الابرقان ماء لبنى جعفر، بيدان ماء لهم ; p. ٣٤ l. 9, الجعموسة ماء لبنى شبيبة، الجب ماء لهم ; p. ٤٤ l. 4, الاحساء ماء لغنىّ، والحنبيج ماء لهم ; p. ٩٣ l. 3 et 4, ذو عشث ماء لغنىّ، ومذعى ماء لهم ; p. ٨٣ l. 11, السايلة ماء لغنىّ، سوادمة ماء لهم ; p. ١٠٧ l. ult. et p. ١٠٨ l. 4, عدامة ماءة لبنى نصر الجج، وعتائد ماء لهم. Vid. porro p. ١٢٤ l. 4, et similia p. ١٣٠ l. 3 et 4 in vocc. قنبيع et القشراء, et p. ١٣٩ l. 4 et 5, قناة القارية روضة، قرى واد قربها. Hae ergo voces disjungi nequeunt, nisi pro لهم, nomen Tribûs repetitur, aut in postremo exemplo pro قربها, legitur قرب روضة قناة القارية.

Alia denique servato ordine primitivo demum intelligi possunt. Vocibus v. c. سلوق et سحول p. ٨٥ l. 2 et 1 a f. suo loco retentis, explicatur Librariorum error, *vestes* cum *canibus*, ante quippe memoratis, permutantium.

Dictum autem commodum tollere studui Indice addendo alphabetico, nomina *locorum* comprehendente, cui, quo majores utilitates Liber praestet, alterum apponendum curavi, nomina

p. ٧ n. *g*, ابو البَقا p. ١٢ n. *d*, et ابن دريد, ابن سِيدة, atque المبرّد p. ١٧ n. *d*.

Textum, ex hoc Codice editum, descripsit juvenis amicissimus Matthias Salverda de Grave, Theologiae et Sacri Ministerii Candidatus, nuper hujus Academiae alumnus, Linguarum Semiticarum studio flagrans, cui praeterea *Indices* partim debemus, partim etiam Adjutori meo, Viro eruditissimo Petro de Jong, quem alii labores, in Literis Arabicis item positi, jam dudum occupatum tenent.

Academiam relinquentis, Gravei mei apographum cum Codice contuli et editioni paravi, annotatione apposità. De utràque nonnulla dicenda supersunt.

Sunt fortasse, qui doleant, Librum non ita editum esse, ut in singulis Literis singulae etiam voces *secundum ordinem Alphabeti* digererentur. Lubenter fateor, usum legentibus sic multo fuisse faciliorem. At causae sunt gravissimae, quare Lectorum commodis me accommodare non potuerim. Cuique nimirum, Librum vel leviter intuenti, apparet, necesse tunc fuisse, ut Librum *universum* mutarem, rerumque ordinem prorsus inverterem. Auctor nempe, voces in singulis Literis recipiens, ordinem alphabeticum non attendit, sed nomina notavit, prouti haec ipsi se offerebant, adeo ut ab أبو قبيس initio facto, confestim pergat ad المثنب, ازال, أدام, أبام et ابيم, أحد, cet. Deinde, ut ex his exemplis jam patet, in vocibus disponendis non *primam* literam solam attendit, sed *radicem*, quare in capite ما في أوله الهمزة, praeter المثنب, etiam reperiuntur مأب, مأرب, مأبد, المثبر, cet., et in Literà ط v. c., مُطّلِع et المُطّلِع; et contra in Literà ب, الابيض; in Literà ث, يَثْقُبُ; in Literà ج, أُجْبَذَان, الأُجَيْرِف, الأَجْفَر; in Literà ح, الأَحْقاق,

tisse, novimus ex iis, quae supra (p. 19) de Jāqūto, hoc Libro utente, observavimus. Ac reverâ, lacunis sepositis, ab Auctore deditâ operâ relictis, ac postea supplendis, *hiatus* deprehenduntur haud pauci, non indicati, v. c. p. ٢٥ l. 1 coll. p. ١٤ in notis sub fin., p. ٥٧ l. 1 coll. n. *a*, p. ٧١ l. 2 a f. coll. n. *b*, p. ١٢٤ l. 2 coll. p. ١٢٣ n. *c*, p. ١٢٥ l. ult. coll. n. c. Nec rariores sunt *lectiones vitiosae*, ut p. ٩ l. 3 a f. coll. n. *g*, p. ٨٩ l. 5, p. ٨٨ l. 2 a f., p. ٩٩ n. *e*. Et quid *glossas* referam, ut p. ٤٩ l. 8 coll. n. *d* p. ٤٥ in f., easque *alieno loco* insertas, p. ١٣١ l. 3—5 coll. in n. l. 2 et seqq., et p. ٧٩ l. 10 coll. n. c; quid *vocales* denique, perperam non raro appositas! Ad *Annotationem* potius revoco, quae magnam complectitur copiam exemplorum, quibus dicta abunde confirmantur.

His vitiis corrigendis lacunisque supplendis auxilium praestant *notae marginales* utilissimae, quae tamen in Libri *initio* plures sunt, quam deinde. Has, ut literarum forma et atramenti color ostendunt, alius addidit, atque is, qui Codicem scripsit, et diversus item ab eo, qui Libri possessorem ipse se significavit. Vario tempore, ut ex dictis in notis ad p. ١٩ n. *c* videmus, ille eas notavit. Quibus omnibus inter se collatis, probabile est, hunc Codicem cum alio exemplo, ex quo omissa *vocabula* (ut p. ١٩ in notis l. 2 et n. *b*), et *vocales* (ut p. ٢ n. *b*) suppleta sint, *primum* collatum, *deinde* vero ab eodem viro auctum esse, adhibito *aut* ipso Zamaksarīi *autographo*, in quo is nonnulla in margine observaverit, *aut* alio exemplo, in quo hae observationes fuerint receptae; quo posito earum notarum origo explicatur, in quibus, ut p. ٢ n. *a* et *d*, p. ١٢ n. *d*, et p. ١٩ n. *d*, animadvertimus, dicta من خطّ المصنّف ducta esse feruntur. Hunc Virum fuisse eruditum, ostendunt Scriptores et Libri, quos passim affert, ut المهلّبى مهلّب بن الحسن et الجوهرى

Unus tamen hujus Libri Codex hodie usque in Europâ innotuit. Est Codex Leyd., de quo locuti sunt Hamakerus in *Specimine Catalogi*, p. 115 et seq., et Dozy in *Cat.* II, p. 137.

Ex hoc Codice fluxit Cod. *Paris.* (vid. de Sacy l. l.) et *Götting.* (Wüstenf. *Ueber die Quellen des* Ibn Challikān, p. 35).

Cum aliis Operibus, in quibus est *Al-Moštarik*, noster Liber eodem volumine (N. 334) a p. 179 ad 258 continetur, formam habens, ut reliqua, *folii*, ut ajunt, *minoris*. Ut docet subscriptio, Codex exaratus est in urbe Al-qāhira medio mense Šawwāle anni 715, i. e. medio mense Januario a. 1314. Secundum notam, titulo suppositam, olim erat من كتب ابن محمد بن احمد بن الخطيب, minime confundendi cum Viro celeberrimo, Chronici Bagdadendis Scriptore, احمد الخطيب (+ 463), cujus vitam exhibet 'Ibn Kallik. N. ٣٣, aut cum ejusdem Chronici Continuatore 'Imādo'*d*-dīn Abū 'Abdi'llah Moh. ben Moh. Al-katib, + 597 (Wüstenf. *Ueb. die Quellen des* Ibn Challik., p. 39 et seqq.).

Codex perspicue vulgo scriptus est, adeo ut perraro de eo, quod scriptum sit, dubium superesse possit. Vocales in *Nominibus propriis* allatis non modo plerumque adduntur, sed in *aliis* etiam *vocibus* tum alibi, tum maxime in *carminibus* saepe notantur.

Multa tamen Codicem, anno 175° post mortem Auctoris scriptum, desideranda relinquere, quis non exspectat?

Primum memoranda est, nondum observata, accurate tamen legentibus manifesta, *turbata Codicis ratio*, de quâ infra plura dicenda sunt, hic vero tantum animadvertimus, ipsam oriundam esse ex foliis alicujus Codicis male dispositis, adeo ut Codex Leyd. descriptus sit ex exemplo quodam, quod foliis constabat nondum conjunctis, ab imperito Librario festinanter confecto.

Codices nostro Codice *meliores*, *pleniores* certe aliquando exsti-

aequales et posteros Liber habitus fuisset, si ab Auctore conscriptus fuisset minus claro; et profecto ob. exiguum Operis ambitum, ut alii hujusmodi Libri, post edita Lexica multo ampliora, facile in oblivionem brevi tempore abire potuisset. Magno tamen exemplorum numero per Orientem non videtur propagatus esse, quod tribuatur hodiernae Libri conditioni, usui minus commodae, et Libro nondum absoluto, aut potius vix inchoato.

In his, qui ipsum in suos usus converterunt, fuit *Jāqūtus*, qui eum non leviter percurrit, sed diligentissime excerpsit, adeo ut (quod supra vidimus p. 17), quae Zamaksarī continuâ disputatione in v. القبلية p. ١٣٤ notaverat, suis locis in vocibus المحورة, الرس et منكث, in Al-Mostarik adderet. Pleniorem nostri Libri recensionem, quam Cod. Leyd. exhibet, eum ob oculos habuisse, praeterea, ne omnia supra dicta repetam, efficiendum est, ex collatione Al-Meraçidi in v. ركية; vid. Zam. in h. v. p. ٧١, ibique n. *b*. Alibi, p. ٣ l. 2 a f., coll. *L. G.* I, p. ٩٢ l. 2, eadem prorsus verba repetuntur.

Al-Fīrūzabādī deinde nostrum Librum *totum* Qāmūso inseruit, quod quam utile sit ad textum illius, quem ex *uno* Cod. huc usque novimus, bene legendum, quisque intelligit. Quid Qāmūsi collatio contulerit ad Codicis vitia corrigenda, Annotatio passim ostendit. Multum tamen abest, ut Al-Fīrūzabādī Zamaksarīani Libri exemplum omnis vitii expers esset, quare et hic Criticis multa examinanda et sine dubio corrigenda in posterum supersint.

Ḥāgī Kalīfa porro Librum memorat N. l.l. (V, p. 67), eum nuncupans مختصر مرتّب على الحروف.

Ex *recentioribus* eum in suos usus converterunt complures, in primis de Sacy (v. c. *Chrest. Ar.* II, p. 487), et Wüstenfeld, tum alibi, tum maxime in notis ad *Al-Mostar.*, et in *Register zu den genealogischen Tabellen der Arabischen Stämme.*

Sic 'Olaīj de Geographiâ bene meruit. Aliis tamen laudibus etiam insignis fuit. Ut ex locis supra laudatis liquet, Poëseos studio item inclaruit. Aliorum versus nimirum affert et explicat p. ١٢, ٢٣, ١١٩ et ١٢٠, ١٢٨ et ١٥٠, et ipse Poëta fuit, cujus rei specimina afferuntur p. ١٠٠ l. 6, p. ١٠٣ l. 3, et ١١٣ l. 7, ac fortasse p. ١٩٧ l. 6.

Haec de nostro Zamaksarīi Libro sufficiant. De *fontibus* enim, quibus praeter 'Olaīj*um* in hoc scribendo usus sit, non multa tradenda habeo. In his fuisse Lexicon Abū 'Obaid Al-Bekrīi معاجم ما استعاجم, ex supra dictis constat. Hunc tamen nusquam disertis verbis significat; alios contra nomine appellat. Cogito

1) الأَصْمَعِىّ, + 214, s. 215, 216, 217 (vid. DE SACY *Anthol. Gramm. Ar.*, p. 158), p. ٧٩ l. 6, et ١٥٣ in v. اناقت.

2) الأَزْهَرِىّ, + 370, s. 371, p. ٢٣ l. 6.

3) ابن دريد, + 321, allatum p. ٢٩ l. 1, p. ١٣٣ in f., p. ١٥٧ l. 7, alibi. Ubique videtur spectari Opus ipsius جَمْهَرة اللغة, de quo vid. DOZYI *Cat.* I, p. 64 et seqq.

4) ابو يوسف يعقوب بن اسحاق الكندى, Al-Māmūni aequalis, p. ٣٩ l. 7, et ibi in n. *b*, et p. ٣٣ l. 5.

5) ابن الانبارى, + 231, p. ٣٠ l. 6 et 7, p. ٨٠ l. 8 et n. *b*, et p. ١٢٩ l. 4.

6) ابو مالك, p. ٣٩ l. 2 a f., quem HAMMERUS in *Hist. Arabum Lit.* non memorat, neque alibi hoc nomine huc usque allatum vidi.

Porro sine dubio consuluit Carminum fasciculos varios. In his *Dīwān Hodailiturum*, alios.

Libri *historia* paucis etiam absolvi potest. Non tanti inter

men sequitur (nam hoc sequente subintelligendum est الشاعر), eumdem loquentem audiamus. Multa enim, quae plenius et accuratius describuntur, nec pauca certo, in sectione de *montibus*, *aquis* et *vallibus* obvia, eidem debere videmur.

Quaeritur sine dubio, unde Zamakšarī, quae ab 'Olaijo mutuatus est, hauserit, ex *ore* ipsius, an ex *Libro* ab eo conscripto? Posterius affirmare non dubito, licet fateor, Libri *titulum* me ignorare prorsus. Nusquam ipsum hodie usque allatum vidi. Ita enim omnia loca allata comparata sunt, ut nullum dubium supersit, quin ex *scripto* quodam sint desumta. Dubium locum transeo Jāqūti in Al-Mošt., ubi 'Olaiji verba de فسج plenius tradit (p. ٣٣١ l. 1—5), quam Noster (p. ١٣٨ l. 4, coll. ١٣٧ n. *b*) [a]. Locum potius attendo, ubi de خطّ علي fit sermo p. ١٩ n. *d* l. 2 a f., et originem nonnullarum notarum marginalium in nostro Codice, quae appositae sunt vocibus ابو قبيس et اذام p. ٤, et بيميم, p. ١٩ n. *d*. Hae, ut verba من خط المصنف p. ٢, luculenter docent, ipsum Zamakšarīum auctorem habent, et ex ipsius autographo oriundae sunt, cui Zamakšarī, Libri specimine absoluto, ipsas ex *ore* Amici, aut ex Libro ipsius, quem 'Olaij animadversionibus suis auxerit, apposuerit.

(a) *Quinque* aliis locis Jāqūt in Al-Mošt. 'Olaijum adduxit, p. ٩٩ l. 1 (coll. Zam. p. ١٣٤ l. 2 et 3), p. ١٣٨ l. 3, p. ٢٠٥ l. 9, p. ٣١٩ l. 9, et p. ٤٠٧ l. 8. His omnibus tamen locis verba ipsius affert *ex Zam*. *Libro*, cujus verba p. ٩٩ *partim* tradit; p. ٣١٩, coll. Zam. p. ١١٩ l. 5—8, *fere verbotenus*; tribus reliquis locis, dicta, quae Zam. p. ١٣٣ uno tenore tradit in v. القبلية, sub variis vocibus, حجورة, الرس et منكث, quae valles sunt regionis Qabalijae, inseruit. Sex locos Al-Moštariki cl. Chwolsohn cum Cod. Petropol. Jāqūti معاجم البلدان mihi contulit, nihil vero ibi invenit, quod Al-Moštarik non exhibebat. Si quis ergo putet, ut verisimile est, Jāqūtum 'Olaiji librum non adhibuisse, nobis statuendum est, Jāqūtum locum, in Al-Mošt. obvium p. ٣٣١, ex pleniore Zamakšarii Codice desumsisse.

quentes locos intelligo: احد p. ٣, اجأ et اضم p. ٩, البيضاء p. ١١, ابراق p. ١٢, بيمبم p. ٢٠, بوانة p. ٣٤, الثلبوت p. ٣٩, الجعرانة p. ٤٠, صندد p. ٩٩, صارة p. ١٠٠ l. 4—6, صيدا ibid. l. 8—10, طمية p. ١٠٣ in f. et ١٠٤ l. 1—3, عبود p. ١١٢ l. 4—7, العمق p. ١١٩ l. 5— p. ١٢٠ l. 5, فج p. ١٢٨ l. 3—5, القبلية p. ١٣٣ in f. et p. ١٣٤, نملي p. ١٥٠ l. 4—6, الهدة p. ١٥٩ l. 5 et 6, هرشي ibid. l. 7—9, p. ١٢٧ l. 7 et seqq.

Quam accuratissime 'Olaïj ibi de locis memoratis disserit. In aliis nempe, aut in ipsorum viciniâ, ipse versabatur perpetuo, alia, ab urbe Mekkae remotiora, iter faciens, adierat (p. ٩ l. 6 et 7 et p. ٣٤ l. 6). Plerumque audimus virum, qui quae narrat, ipse vidit. Ubi vero aliorum dicta refert, haec ab iis, quae ipse vidit, summâ cum religione distinguit, ut p. ٢ n. c. In locis, de quibus exponit, eum Alidum res, Alidas spectantes, in primis attendere, non miramur. Sic in v. العمق, et in v. فج (in Al-Most., p. ٣٣٩ l. 1—3). Quibuscum conff., quae Zam. ipsi fortasse accepta debet, dicta p. ١٥٤ l. 8, et p. ١٦٣ l. 4 et 5.

Vix dici potest, quae incrementa ex 'Olaïji verbis Liber noster ceperit,[a] nec tantum Liber hicce, sed universa Arabiae geographia, quia multa hic tradita, alibi frustra quaeruntur.

Nec modo locis jam laudatis Zamakšari monitis Amici fruitus esse videtur. Sunt etiam alii, ubi ille tantum addit ع, ut p. ٨ n. *a*, et p. ١٩ n. *d* l. 2 a f., aut ubi dicit وقال, ut in v. خوّ p. ٥٤, quin interdum etiam, ubi haec formula excidit, ut in v. ضفيل p. ١٠٤ n. *a*, qui similiter 'Olaïji verba complectantur. Nec dubito, quin ubique, ubi istud وقال exstat, nec car-

---

(*a*) Nonnulla capitula, eaque aliis ampliora, solis 'Olaïji verbis constant, ut اضم, بوانة, الجعرانة et القبلية, locis supra laudatis.

cupat Abū'l-ḥasan 'Olaij Ben Ḥamza Ben Wahhâs, Mekkae Emirum, addens Zamaḫšarīum ejus laudes celebrasse in Praefatione Dīwānis. Doleo hunc ديوان الشعر, quem Ibn Kallik. inter Opera Nostri enumerat, me consulere non posse. In Bibliothecâ enim Leydensi desideratur. Non nisi mortem ipsius reperi in Chronici Abū'l-maḥāsini Epitome, ubi haec ad a. 559 traduntur: وتوفّى السيّد ابو الحسن على بن حمزة العلوى الموسوى. Perperam in Codicibus ibi post الحسن inseritur بن. Quia ergo mors ejus incidit in a. 559 (1163—64) non miramur, hunc nondum occurrere in Hammeri *Hist. Liter. Arab.* Tom. VI, qui ad a. mortis Zamaḫšarīi, i. e. ad. a. 538 decurrit. Forfasse ibi memoratur T. VI, p. 84, ejus praecessor, Mekkae Emirus, حمزة بن هبة الله بن محمد العلوى الحسينى, + 523 (1128). Probe autem a nostro 'Olaijo distinguatur Abū'l-ḥasan على (Ali, ut ibid. p. 1087 pronunciatur), Poëta fortasse Korāsānis, qui certo non in Arabiâ floruit, in urbe Gazna quippe carcere per longum tempus detentus. Cave similiter ne nostrum 'Olaijum confundâs cum عَلِيّ بن المَدِينِيّ, cujus nominis duo fuerunt viri. Alter vixit ante Ad-dāraqotnīum (الدارقطنى + 385), amicum (ut tradit Ibn Kallik. N. ٤٢٥) τοῦ عبد الغنى ابن سعيد (+ 409; ibid. N. ٤١٢), et aequalem Al-harawīi (الهروى, + 399, ibid. N. ١٤٢); alter, على بن احمد المدينى (allatus in *L. G.* in v. الجعرّانة), Naisābūrae degens, inter magistros erat τοῦ الشهرستانى, nati a. 467, + 548, s. 549 (Ibn Kallik. N. ٦٣٢), Auctor Libri كتاب العلل والشواهد, quem Al-Bekrī in v. الجعرانة adducit, sed Ḥagi Kalīfa (Tom. IV, p. 246, et V, p. 119) transit.

Non dubium est, quin arcta fuerit 'Olaijum inter et Zamaḫšarīum necessitudo. Hunc, *Arabiam* describentem, ei quam plurima debere, multi loci testantur, ubi ipsius verba tradit. Se-

Magni etiam momenti est sectio de *montibus*, *vallibus* et *aquis Al-hegâzi*, quia inde haec loca plenius et accuratius cognoscuntur. Plerorumque quidem *nudam nominum enumerationem* hic tantum habemus, sed *locorum*, quorum major pars in Al-Marāçido *desideratur*. De multis vero *fusior* est sermo, et haud pauca de nonnullis traduntur, *aliunde* huc usque *ignota*, et *scitu dignissima*. In aliis non miramur *dissensum* ab aliorum dictis. Quot enim ea loca adierunt, describentes, quae variis temporibus ipsi videbant, aut ab iis, quibus obvii erant, accipiebant! Scriptionem alienâ manu aliquando auctam quidem esse, animadvertimus ex dictis p. ١٩٨ de *monte* قبيط, cujus mentio inter *valles* certe est importuna, atque orta sit ex notâ marginali, alieno loco inserta. Hoc tamen minime cogit, ut hanc universam sectionem Zamakšarīo abjudicemus. Hunc ejus fuisse auctorem fortasse jam efficiendum est ex Libri *titulo*, ubi *Montes* et *aquae* disertis verbis memorantur. Id tantum in titulo mirandum, *montes* ibi *primum*, et *aquas postremum* locum tenere, quia vix ulla causa excogitari potest, quare haec voce والامكنة, a se invicem disjungantur.

4) In nominibus denique Poëtarum, aliorumque passim memoratorum virorum, haud pauci sunt, qui raro occurrunt, aut nondum innotuerunt. In iis, ne de aliis loquar, unus est, qui in hoc Libro magnas partes agit. Virum intelligo, vulgo dictum السيّد عُلَيّ, s. الشريف عليّ, s. ut in v. صندد (p. ٩٩), tantum الشريف. Jāqūt in Al-Moš., p. ٣١٩ l. 9 eum item nuncupat الشريف عُليّ, sed p. ٩٩ l. 4, p. ١٤٨ l. 3, p. ٢٠٥ l. 9, et p. ٤٠٨ l. 8, عليّ العَلَويّ, et in alterâ ejusdem Operis recensione, secundum Cod. Vindob., olim Hammeri p. ٣٣. l. ult., (l. وَقّاس) ابن وعاس العلويّ. Apud nullum alium scriptorem huc usque inveni eum memoratum. Flügel, quem ut plura me doceret, adii, eum nun-

(Qām.) , الثَّمَانِي (Qām.) , قَبَاجُل , ذو بَهْدَى (Qām.) , الجِرْذَلَة ,
التَّجْثُوم (Qām.) , الجَارِذ (Qām.) , جَبْثَل , جَيْهَم (Al-Bekri et Qām.) ,
جَمْر , التَّجَوُّفْشَا , حَرْمَلَا (Qām.) , خَرْجَاء عَبْس , دَارَة أَبْرَق (Al-Most.) , دارة المَكَامِن (Al-Most.) , دارة البَيْضَاء (Al-Most.) , دارة
التَّجْثُوم (Al-Most.) , عُلْوِيَّة in v. دُرْنَى , ذو حَنْجَرَى , ذو عُثَث
(Al-Bekri) , ذات السَّرَاسِي , ذات الرِّقَاع , ذو أُوَرَاط , كُتَيْبَل , أَنْبَل
(Qām.) , ذو بَهْدَى (Qām.) , التَّجْثُوم in v. الذُّوَيْبَان , الرِّجْبَة (Al-Most.) , الأَرْبَاع (Al Bekri) , رَاسِب , (Al-Bekri) , رَحْبَى , قرية الرِّيش ,
الرُّكَّان , زُبَّا , زُهَام (Qām.) , سُخَال , سَهْمَى , سَرِيَّة شُجَاع , سَبِيّ ,
الشَّجْر , الأُخَيْمِص , يَعْبَرَى in v. صِنْدَد , الطَّرَاوَة , عَشِيب , عَبَاقِر
الثُّرَيَّا , عِمَاق (Al-Bekri), العُزَيْلَة (Al-Bekri), in primis وادي عَرَدَات ,
الغُرْنُق (Qām.) , غُوَيْل et القَوْرَة (Al-Bekri) , وادي فايق , قَرْمَان
et قُرْمَان (Al-Bekri) , القَشْرَاء , et in hac v. قُنَيْع , قَفِيل (Al-Bekri),
قَلْهَت (Qām.) , جبال الحَتّ in v. قِلْهَى (Qām.) , الوَسّ et رَسُوس
in eād. voce , قُنَاوِحَة , القَفِيَّة , كُتَّابَة البكر et القَصِيبل , كَ , كَنَّاس ,
المَأْقَى (Qām.) , تَوَاطُر (Al-Bekri) , أَثَافِث (perperam , ut videtur, pro أَثَافِث) , وَابِصَة , quod fortasse non differt ab أُبْضَة , وِحَاف القَهْر
(Qām.) , دُرْمَة in v. وُعَال , الوَتْبَا (fortasse ex الوَقْبَى corruptum),
عَرْكَان , عَنْكَف (Al-Bekr.) , أَقْدَى (fortasse spectatur عَدَا) et يَرَامِل
(Al-Bekr.).

Catalogum dedi, ut uno obtutu cuique pateat, quae incrementa in Geographiam ex nostro Libro redundent, et quoties Zamakšarīi testimonium Al-Bekrīi auctoritate confirmetur. Nam taceo *Qāmūsum*, cujus verba, quia Auctor ipsius nostro Lexico usus esse videtur, tantum inserviunt ad *Codicis Leyd.* lectionem Libri nostri dijudicandam.

Qām., scribendum est أُرْمِيم pro ارميم, quod Jāqūt, perperam legit, adeoque in sectione الهمزة والزاى transferre debuisset. T. I, p. ٢٠١ l. 13 in v. تربة, pro ورنية, coll. Z. in v. سرية شجاع, et *L. G.* in v. زينة, lege وزينة, et l. 15 pro نجران, بحران, ut Fleischerus jam proposuit. T. II, p. ١٣١ l. 11 et 12 in v. شنية, collatâ hac voce ap. Z., lege: ماء عند شُعَبَى وهى بثار فى واد به عُشَرٌ الحج. T. II, p. ١٣٥ l. 6 pro الشمسين ماءة, coll. Z., Al-Bekrīo et Qām. in v. شمس, lege: شَمْسٌ عين ماء الحج. T. III, p. ١١٨ l. 5 pro الصبا, coll. Z. in v. معادة, ubi hanc alterâ vice affert, et Codice Jāqūti Petropolit., l. الصباب. T. II, p. ٣٤٣ l. 8, coll. Z. (p. ١٠٩ n. c) in v. عظير والعظرة, post بالتصغير, adde عُظَيْر والعَظَرة. T. II, p. ٢٥٣ l. 2 a f. pro البئر بئر الحج, coll. Z. in v. عريض, et *L. G.* in v. النير, l. النير نير بني غاضرة. T. II, p. ٢٨٨ l. 8, coll. Z. in v. عوانة, inter نون et وعوانة adde تتاف. T. II, p. ٢٢٢ l. 7 in v. غذية, et Wüstenf. *Reg.* p. 65, lege بن pro من. T. II, p. ٣٠٠ l. 12, lacuna in Codd. ibi obvia, coll. Z. in v. الغبارة (p. ١٢١), supplenda est voce الخيمة. T. II, p. ٤٧٩ l. 4 in lacunâ, coll. Z. in v. كتابة p. ١٣٨, scribe فيه القصيل. T. III, p. ١٠ l. 8, coll. Z. p. ١٤٢ l. 7 in v. لحيان, post وهذه adde رَدْهة. T. III, p. ١٩٤ l. 2, coll. Cod. Vind., Zam. in v. نبالة, et Cod. Jāq. Petrop., pro نبال, leg. تُبالة.

5) Loca quam plurima Zamakšarī memorat, in *L. G.*, Qām. et ap. Al-Bekrī*um*, aut in Al-Mošt. *prorsus omissa*, aut in his quidem allata, sed in *L. G.* *frustra quaesita*. Sequentia notavi: بَلْهَق, البَحْرانُ, بُشْرَى, بَحَّارٌ, الأَبيرَقة, أَقُر, آرَال (etiam Qām.), (Al-Bekrī et Qām.), ثَاقِلٌ, تبرُدُ, تَيْرَبُ, تَرَاخُ, بَقَرٌ, بُذْرَة (Qām.).

نافذ , حيوان , خربة , خبت , خفّان , حطّين , حنف , حسمى
, الذويبلن , ذو العشيرة , الدوّ , ذ' رمح , ذ' الاكوار , كبشات
, السهب , زحل , زبير , زبنة , رقّ et ركك , الرّ , رماخ , رقد , الرسّ
, شغف , شيبة , شعران , سنبلة , سدوم , السعيدة , سنام , اسنمة
, الصمر والصابن , صيدا , صارة , صندل , شجا , شمام , الشقّ
, الاقعس , القنافذ , القهر , عبّود , العقلانة , طغيل , ضمّية , صحبان
, الكود , كابة , كور وكوير , الكانسيّة , الكفّان , قبا , القبليّة
نجف , التباك , نملى , النقر , السرانة , مريخة , المعين , لبنان
, الهدة , هولا , وشجاء , وعال , واحف , والغ , نطاة , نفى , الكوفة
بين et اليمن , يدعان , يلملم , الهتىّ , هراميت , هرشى , هجر.

His omnibus locis aliquid affertur, quibus dicta Al-Maraçidi magis minusve illustrantur.

Nec tantum hic, sed alii item Libri ex nostro quodammodo supplentur. Sic *Lobbo'l-lobāb* ex dictis de حِصْنى in v. حِصْنان, et *Lexica* ex dictis de *modio* مَلُّوك, de quo ad v. حِسْمَى p. ١٢٥ l. 2 a f., fit sermo.

2) Alias praeterea Liber noster Lexico Al-Maraçid, utilitates praestat. Ut hoc enim illum passim illustrat, ita hujus editionem Zamakšarī saepe emendat, et lacunas supplet. *Prioris* generis exempla sint, الرجيعة p. ٧٤ l. 4, شغف p. ٩٩ l. 5, alia; *posterioris* sequentia, in quibus tradendis ordinem Libri nostri sequar. Sic v. c., coll. voce دارة رمح, novimus T. I, p. ١٢٩ in v. بتيلة pro السراة, legendum esse السّرّ. Tom. II, p. ١٢٥ l. 10 pro بلد على دارها, coll. ap. Z. voce دارة صلصل, lege باعلى دارها. Tom. I, p. ٧٥ l. 8, coll. v. اطلاح, pro ذات القرى, l. وادى القرى. T. I, p. ٤٧ l. 7, cum Z. lege الارقع, quo posito salvus etiam est in *L. G.* ordo Alphabeti. T. I, p. ٥ l. 4, coll. Z. et

set, *ne relegisse quidem*, quod si fecisset, p. ١٤ carmen sane inseruisset.

Carmina ea Noster, nullo addito commentario, vulgo adducit, interdum tamen Al-Bekrīi more ipsa explicat, et *geographiam*, *traditionem* aut *historiam* illustrat. *Illius* generis specimina habemus p. ٣٠ l. 10, p. ٤٧ l. 7, ١١٠ l. 7, ١١١ l. 1, ١٢٤ l. 4, ١٣٩ l. 5 et 11, ١٤٠ l. 2 et 4, ١٤١ l. 8, ١٤٩ l. 3. Animadversiones, traditionem et historiam spectantes, quae, licet utilissimae, vulgo brevissimae sunt, occurrunt p. ١١٩ l. 2, ١٢٤ l. 1 et 2, ١٣٩ l. 6, ١٥٧ l. 1, 6 et 7, ١٦٥ l. 2—4, alibi.

A carminibus ad *loca* allata et descripta transeo. Quae de his monentur, saepe, ut jam vidimus, vix ullius sunt pretii, praecipue ubi vocales in vocabulis, ut in v. برقة موضع, prorsus desunt. At rara sunt hujusmodi exempla, Librariis modo tribuenda. Alibi contra

1) de locis allatis nonnulla subinde traduntur, quae neque in Al-Maraçido, neque apud Al-Bekrium, aut in aliis Operibus geographicis, quae consului, leguntur. Haec partim spectant *orthographiam*. *Vocales* nempe fere ubique, et, ut collatio docet Qāmūsi, accurate pleramque adduntur, adeo ut nominum pronunciationem, ubi Al-Maraçid hanc non significavit, ex nostro Libro, ut ex v. قُعاطل, efficere liceat. Haec pronunciatio interdum quidem ab orthographiâ *Lex. Geograph.* differt, at Al-Bekrīi, Qāmūsi aliorumve auctoritate tunc non raro confirmatur, v. c. in v. ذو الغمارة, ذو الكريب, alibi.

Porro in his animadversionibus, ut supra significavimus, *historia* nonnumquam illustratur et *traditio*, saepius vero *locorum situs* indicatur, et accuratior *ipsorum descriptio* huic annectitur. Vidd. modo voces, البهائم, البليخ, البصرة, باجارة, الجمّاء, جلدان, ثكل, الثلبوت, ثادق, توج, تربان, تعار, بوانة, الجواب, حزم شرج, الحديبيا, الجعرانة, حاذية, جمانة,

laudatum, apud Al-Bekrīum, addito alio carmine, confestim sequi, adeo ut probabile sit, Nostrum, Al-Bekrīum festinantius consulentem, oculorum errore esse deceptum. Eum enim Al-Bekrīum, quem tamen nusquam nuncupat, revera adiisse, ex aliis indiciis efficias. Si quando enim Al-Bekrī situm loci, ut in v. حصاصاء, ignorat, Noster spatium vacuum relinquit; conf. p. ۴۹ l. 2, collatis dictis in n. *d* p. ۴٥. Deinde Al-kindīum Al-Bekrīi more *Jāqūbi* nomine affert (vid. p. ۳۹ l. 7 ibique n. *b*, et p. ۴۴ l. 5).

Praeter Al-Bekrīum tamen alios etiam fontes adhibuit, ex quibus carmina descripsit. Multa enim in hoc Libro occurrunt carmina, ibi *non* obvia, neque etiam in Al-Mostariko, aliisve Libris, quos equidem consului, recepta. Vid. modo ايصة, البوباة, cet.

Eosdem versus, sive *unum* tantum, interdum repetit, ut p. ۷۴ l. 6, ubi *unum* affert, coll. p. ۱۰۴ l. 3, ubi *praecedentem* versum insuper addit, et sic etiam p. ۱٥١ l. 6, coll. p. ۱۹۰ l. 2. Verba tamen, ubi eadem carmina repetuntur, non semper conveniunt; unde item videmus, varios eum in his adducendis fontes consuluisse, ut p. ۴۲ l. 6 (quo loco Al-Bekrīum sequitur), coll. p. ۹۱, ubi prior versus ab eodem versu p. ۴۲ prorsus differt. In primis autem consideratione dignum est id quod nobis obvium est p. ۹۴ l. 9. Carmen 'Ibn Moqbili ibi omittitur, ejusque loco scribitur صّ, dum p. ۳۷ l. 4 illud jam allatum est. *Brevitatis* causâ sic Noster non egisse videtur; nam alibi eorumdem versuum repetitionem non fugit. Omissionis causa ergo derivetur potius ex fonte, quem ob oculos habuerit, et in quo 'Ibn Moqbili dicta hoc loco desiderarentur. Mirifice inde confirmatur, quod p. 5 et 6 ad nostram de *hoc Libro nondum absoluto* sententiam probandam de omissis carminibus jam diximus. Inde nimirum certo elucet, Nostrum ea, quae scripsis-

aliisve rebus aliquam nominis celebritatem nacta, aut in Poëtarum carminibus celebrata erant. Sic p. ٢٢ agit de باجارة, de توج بفارس p. ٢٨, de جلولا بافريقية p. ٣٦, de سلجال باذبيجان p. ٨٦ in f., de سوراء, ut *Bagdādi* nomine, p. ٨٩ l. 2 et 3, de عذراء بدمشق p. ١١٢ l. 1, et ١١٨ l. 2 a f., de القهر حذاء قسطنطينية p. ١٣٠ l. 6—8, de كفرضاب بالشام p. ١٤٠ l. 5 a f., de موتة بالشام, et de المقدّ p. ١٤٧ l. 6 et 2 a f., cet.

Loca, quae in hoc Libro afferuntur, tum *ipsius*, tum *aliorum* verbis describuntur. In his primum consideremus *carmina*, quibus Liber abundat.

Haec carmina, quae *Geographiae* studio saepe parvae aut nullius sunt utilitatis, et Librum Lectoribus difficiliorem reddunt, non uno tamen nomine sunt gravissima. Ubi v. c. Maraçido'l-ittilā istud في شعر sextenties repetit, Noster, Poëtae locum saepissime addit, quod eo majoris est momenti, si ii versus alibi desiderantur, aut ipsum nomen, quod hic adducitur, ab Al-Bekrīo, aut in aliis Lexicis Geographicis omittitur. Exempli loco sit nomen كَشَخ p. ١٤٠, quod Al-Bekrī transit. Zamaksarīi igitur Lexicon futuro *Jāqūt*i Operis معاجم البلدان Editori insigne praestabit auxilium ad versûs ibi obvios certius constituendos, quia iidem saepe in eo sine dubio recurrunt, ut exinde jam credibile est, quod eadem, quae hic, in Al-Mostariko pariter reperiuntur.

Nec modo Operis illius Jāqūtiani, sed et futura *Al-Bekr*īi editio ex nostro Libro incrementa capiet. Quoties enim Noster et Al-Bekrī eadem carmina afferunt, toties fere insignem animadvertis lectionis varietatem, nec raro textum pleniorem, si versum praecedentem aut sequentem, quem alter omittit, alter addit. Praeter *verba* nonnumquam etiam differt *nomen* Poëtae. Conff. v. c. voces برقة الرجان p. ٢١ et ٢٢, et dicta h. l. in notis l. 6, شغب p. ٩١, شخب p. ٩٢, الغريان p. ١٢٤ et dicta p. ١٢٣ n. c. Quibus locis notatu dignum est, nomen Poëtae a Zamakšarīo

tem servata esse. Suas enim et hicce Liber praestat utilitates, minime spernendas. Ii hoc praesertim teneant, quos levi obtutu eum inspicientes, parum sufficientes Nominum explicationes, ut موضع, جبل, واد, ماء, aut quae sunt ejus generis plura, a Libri usu avocent.

Ut hos ad nostrum Librum in suos usus convertendum invitem, jam sufficiat voces indicasse longioris ambitus, exquisitas de variis rebus observationes exhibentes. In memoriam his revoco supra (p. 4) jam memoratam, egregiam de *vallibus*, *montibus*, et *aquis* Al-Ḥegāzi sectionem. Porro conferantur dicta de voce دارة رمح, de multis locis in Literâ ر, a quâ inde haud paucae voces occurrunt, de quibus fusius exponitur. Vidd. deinde voces سَبَا, الشَّرَف, الشَّرَبَّة, شعفان, العمق, et in primis (p. ١٣٣ et ١٣٤) القبليّة, cujus ditionis montes, ex quibus duo (الرَّسّ et رَسُوس) in Al-Maraçido desiderantur, uno tenore enumerantur; quam ob causam, et per uberiorem de nonnullis disputationem, conspectum ejus tractûs hic habemus pleniorem et magis perspicuum, quam alii Libri praebent. Praeterea attendantur, ne alias addam, voces واسن, et praesertim وادي عَرَدات, cujus vallis 27 recensentur pagi, quorum *unus* tantum ex Al-Maraçido nobis innotuit.

Sed accuratius de singulis Libri virtutibus exponi meretur.

De *quibus* locis in hoc Libro praesertim agatur, ex dictis p. 3 et 4 jam efficitur. Ex veterum Arabicorum Poëtarum studio maxime ortus, Liber de *Arabiâ* in primis exponit. De vicinis terris, ut Palaestinâ, Syriâ, Mesopotamiâ, Aegypto rarius sermo est, rarissime de Persiâ et Africâ, et de Indiâ [a], Hispaniâ, aliis, quantum memini, nusquam fere. Ubi autem de locis extra Arabiam Noster loquitur, haec affert, quia in traditione nobilitata,

---

a) Huc nempe referri vix possunt dicta p. ١٠٧, ubi Auctor, traditionem de Ādamo adducens, duo *Indiae* locorum nomina cursim memorat.

nec Codicem in prompta habens, aut Libro utens, ea non recte exhibente, literam ص (i. e. بيحن) pinxit; v. c. p. ١٩ l. 5 in v. بيهق, p. ٢١ l. 6 in v. بيضة, p. ٩٤ l. 7 in v. شسعى, ibid l. 9 in v. الشوذر, p. ١١٩ n. *a* ad v. العرص, cet.

2) Huc vocabula fortasse referenda sunt *Nominum Propriorum*, in medio textu omissa, ut post بين, p. ٥٥ l. 5.

3) Iis lacunis sine dubio annumerandae sunt voces, de quibus praeter *Nomen*, nihil ceterum monetur, ubi Zamakšarī fortasse spatium vacuum reliquerat, a Librariis ubique non servatum, ut in v. الجثوم, p. ٣٥ l. 2; حماساء, p. ٣٩ l. 2, collatis dictis in n. *d*, p. ٤٥; بئر ذى اروان, p. ٧١ l. 1.

4) Porro *voces* in censum veniunt *bis saepius*ve repetitae, quarum magnus est numerus, tam in *diversis* Literis, ut أثيج in *Elif* p. ٧, et in *Fā*, p. ١١٤; tam in eâdem Literâ, ut البلة p. ٣ et ٥, بوانة p. ٢١ et ٢٤, المثعب p. ٢٩ et ٣٢, المجيمر p. ٣٤ et ٣٥, aliae. Has Noster, variis utens fontibus, repetebat, hoc sine dubio consilio, ut si Librum, quem sibi proposuerat, conscriberet, materiem congestam elaboraret, et in unum capitulum redigeret.

5) Attendatur denique *ordinis Alphabetici et omnis fere orthographicae Nominum descriptionis defectus*, quorum *ille* in Lexico bene scripto necessario requiritur, *haec* vero in Libro geographico Arabico vix desiderari potest. *Illum* ergo Al-Bekrī jam ante suo modo secutus erat, *hanc* numquam neglexerat. Neutrum etiam Noster in suo Opere omisisset. In hoc vero Libro Nominum *pronunciationem* raro curat, satis habens fortasse, si hanc, ubi opus esset, ipsis *vocalium notis* addendis significasset. Monita de nominum *pronunciatione* et *formâ* vocabulorum v. c. tantum exstant p. ١٨ l. 6, p. ٤٠ l. 5, p. ٨٩ l. 6, p. ٩٣ l. 5 et 6, p. ١١٥ l. 6 et in f., p. ١١٩ in init., p. ١٣٩ l. 2 et 5, p. ١٣٢, l. 4 et 5, p. ١٣٩ l. 5, p. ١٥٩ l. 2 et 5, p. ١٩١ l. 8, et p. ١٩٤ l. 4.

Majus Opus non conscriptum esse valde quidem dolemus, gaudemus tamen ejusdem lineamenta et aliquam materiei par-

Ķallik. (l. l. p. ٨٣ l. 4 a f.) in Kowārezm*iam* reducem, mors eum impedivit, quominus collectam materiem elaboraret, ac Librum omnibus partibus consummatum absolveret.

Sic de nostro Libro judicandum esse multa argumenta probant.

His tamen non *primo* loco annumerem, quod nonnullis confestim fortasse sese offert, argumentum ex ipso *Viro* desumtum. His nimirum majora Zamakšarīi Opera considerantibus, hicce Liber Scriptore minus videatur dignus, a quo potius exspectent vastum Opus, quam diligentissime elaboratum, uberrimaeque doctrinae copiâ splendens. Talia licet concedam ipsi magis convenire, fateor tamen hujusmodi Auctores Libellos saepe etiam conscripsisse *minoris ambitus*.

Non pluris facio argumentum, quod ex *titulo* petant. „Titulus" alii fortasse ajunt, „كتاب الجبال والامكنة والمياه, omni „caret colore, in eoque dictionis artificia et lumina desunt, qui„bus tituli Librorum arabicorum nitent, ac speciem potius prae „se fert sententiae festinanter conceptae, ac deinde demum am„plificandae et ornandae." Hi vero titulum modo reputent Commentarii, quem Zamakšarī in Qoran*um* scripsit: الكشاف عن حقائق التنزيل, ubi dictio simplicitate similiter est conspicua, et vanae verborum ambages evitantur.

Gravius, ut puto, argumentum derivatur ex *defectu Introductionis*, quae, ut Libri consilium et ratio quodammodo significentur, raro, atque in hujus generis Scriptis rarissime, prorsus desideratur. Verisimile est, Nostrum, si quando ad ipsum majus Opus scribendum transiisset, huic eam praemissurum fuisse.

Aliud argumentum peto ex *lacunis*, quae multis in locis obviae, nec *Librariis*, sed *Auctori*, tribuendae sunt.

Huc refero 1) *Poëtarum carmina* haud pauca, multis in locis *omissa*, quorum loco Noster, verba ipsorum non bene tenens,

aliorum fuerit exemplum. Ne alios dicam, attulisse sufficiat Abū-'Obaidum Al-Bekrīum, anno 487, annis ergo 51 ante eum mortuum, qui 'Islāmi primordia et progressus, s. expeditiones bellicas, quae post mortem Prophetae sequebantur, in Moslimorum Hispanorum gratiam illustraturus, praeter Arabiam alias item terras Orientis ob oculos habuerat. *Illam* Noster, *veterisque* maxime *Arabiae geographiam*, adumbrare volebat.

Quod consilium si ante inierit, nihil sane huic perficiendae aptius esse potuit, quam hanc unam ob causam fortasse instituta, *Meccana*, de quâ jam verbo diximus, *commoratio*, unde illud cognomen جار الله accepit. *Per plures* enim *annos* in câ urbe eum degisse, ét narrat 'Ibn Kallik. (l. l. p. ٨١ l. 6 et seqq.), ét diserte tradit Abū'l-fed. *Ann.* III, p. 488, ubi ait: وجاور بمكّة سنين كثيرة فسمّى لذلك جار الله.

Per hoc temporis spatium non in solis sacris *urbibus* versatus est, sed harum urbium *ditiones* etiam peragravit, ut animadvertimus ex verbis hic raptim insertis, ubi, ut p. ١٣٩ l. 6, in v. نَاعِتَين, et fortasse in v. وَلْغُون, p. ١٥٥ l. 6, addit, *se per ea loca transiisse*. His itineribus, ut videtur, debemus insignem sectionem de *vallibus*, *montibus* et *aquis* Al-Ḥegāzi, huic Libro appositam.

Non tantum tamen haec itinera, sed *aliorum* etiam *monita* et *labores*, eum Librum conscribens, in suos usus convertit. In his, quorum auxiliis utebatur, vir erat nobilissimus, eique amicus, Emīr Mekkānus, الشريف علىّ, de quo infra plura dicemus, qui, si Zamakšarī de *Arabiâ* scribendi consilium jam ante non habuisset, ad hoc suscipiendum eum sane instigasset.

Susceptum consilium perficere quidem coepisse videtur, non vero ad finem perduxisse. Liber nempe, qui nostro Codice continetur, non nisi *prima Operis lineamenta* exhibet, quae Auctor, Arabiâ nondum relictâ, duxerit. Inde enim, ut narrat 'Ibn

editum, a Scriptore, ut videtur, non diu ante mortem, quae incidit in ultimum mensem anni 538 (p. Chr. nat. 1144), paratum dicam an inceptum.

Quae de ipsius morte ac nativitate et diuturnâ in urbe Mekkae commoratione tradidit 'Ibn Kallik. (l. l. p. ٨٠ mediâ, p. ٨٢ l. 2 et seqq., et p. ٨٣), iisdem fere verbis narravit in Codice alia manus, cui notas in margine debemus.

Haec nempe ea titulo supposuit: وزمخشر قرية من قرى خوارزم ولد بها فى رجب سنة سبع وستين واربعمائة وتوفّى ليلة عرفة سنة ثمان وثلاثين وخمسمائة ؛ قيل له جار الله لكثرة مجاورته بمكّة رحمه الله ورضى عنه ✿.

Si de *Auctore* paucis hic exponimus, ac nihil de *Studiis* ipsius monemus, quibus adeo inclaruit, eo plura de *Libro*, nunc edito, nobis dicenda sunt, et de *Disciplinâ*, quam hoc Libro scribendo illustrare sibi proposuerat. Illustris nempe Qorani Interpres, Grammaticus, Philologus, Poëta, hic partes agit *Geographi*. Has vero suscipiens, *omnium* terrarum Moslimicarum descriptionem minime cogitabat; neque etiam Kowārezmiae, unde oriundus erat, terrarumve vicinarum, quas juvenis peragraverat [a]. *Arabiam* maxime ob oculos habebat. Quam ut melius cognosceret, cognitamque aliis deinde traderet, non una causa eum certo movit.

In his primum attendatur Studium veterum Arabicorum Poëtarum, quo quantopere delectaretur, varia testantur Opera ejus poëtica, quae 'Ibn Kallikān enumerat, tum in primis noster Liber, versibus veterum Poëtarum adeo refertus.

Aliud, quod ipsum instigaverit ad hunc Librum parandum,

---

a) Iter v. c. specto per Kowārezm*iam* Bokārām susceptum, de quo loquitur 'Ibn Kallik. N. ٧٢١, p. ٨٠ l. 13 et seqq.

538 in utroque Cod. Leyd. haec leguntur: وتوفى علامة زمانه ابو القاسم محمود بن عمر بن محمد الزمخشرى الخوارزمى الحنفى المفسّر صاحب الكشاف. Eadem prorsus habet 'Ibno'l-aṯîr in كامل التواريخ Tom. XI° ex ed. Tornbergii, p. ٩٣. Post الزمخشرى tantum ibi adduntur: النحوى المفسّر وزمخشر احدى قرى خوارزم.

Inter Magistros, quibus usus est, praeter alios, memoratur ابو مُضَر منصور a. Partem Elegiae, quâ Noster eum mortuum celebravit, ab 'Ibn Kallikāno (l. l. p. ٨٣ l. 7 a f.) traditam, attulit etiam Abū'l-maḥāsin I, p. ٩٩٨, et Abū'l-fed. l. l. I, p. 490.

Aliis tamen Disciplinis colendis multo magis quam poësi inclaruit. Praeter Opera rhetorica, ethica, juridica, in primis laudatu digna sunt, *Lexicon arabicum persicum*, dictum كتاب مُقَدِّمَة الأَدَب, a Wetzsteinio anno 1850 editum, et *Commentarius in Qoranum*, cui titulus est: الكشاف عن حقائق التنزيل, de quo copiose disseruit Ḥagi Kalīfa N. ١٠٩٣١, Tom. V, p. 179 et seqq., et in quem complures commentati sunt; in his Al-Baiḍāwī, qui ipsum in compendium redegit, emendare studuit, et supplementis auxit, quem laborem a Fleischero editum esse vehementer gaudemus b.

Alia permulta Zamakšarī Opera insuper enumeravit 'Ibn Kallikān, non tamen omnia. Duo jam observavit Hammerus (l. l. p. 522), quibus tertium addendum est. Librum intelligo, nunc

---

a) Non ut scripsit Hammer. l. l. p. 521, *Ebu Manssúr Modhár*. Recte p. 523 nomina transponuntur.

b) Hanc editionem sine dubio spectavit Hammer. l. l. p. 225, ubi de *versione* Keschâfi, a Fleischero juris publici factâ, loquitur. De Zamakšarī Libro ab Al-Baiḍāwio elaborato, vid. H. K. l. l. V, p. 102. Editio Zamakšarīoni Commentarii jam paratur, de quâ vid. *Z. d. D. M. G.* IX, p. 646.

INTRODUC...

Vitâ nostri Scriptoris ab Hamakero et Wüstenfeldio [a] jam editâ, non opus est, ut multis de eo exponam. Praenomen habet ابو القاسم, non ابو اسحق, ut Librarius per errorem in titulo Codicis primum scripsit. Ubique *illo* nomine appellatur. Sic v. c. eum nuncupat Jāqūt, reliquis nominibus additis: ابو القاسم محمود بن عمر الزمخشرى (vid. Al-Mostarik, p. ٩٨ l. ult., et ٢٧ l. 10). Sic etiam scribit Abū'l-maḥasin in Epitome, ubi sub anno

a) Vid. de eo ejusque scriptis *Specimen Catalogi*, p. 114 et seqq., et Ibn Kallik. ex ed. Wüstenf. N. ٧٢١. Editio nempe Slaneana initio N. ٩٧٨ absolvitur. Hamakerus vitam edidit et latine vertit ex Cod. olim Palmiano, nunc Bibl. Leyd. N. 1594, de quo conf. Dozyi *Cat.* II, p 195. De eo vid. porro Abū'l-fed. *Ann. Musl.* III, p. 488 et seqq., et ad h. l. Reiske p. 741, Ibno'l-Atir *Annales* ex ed. Tornb., Tom. XI, p. ٩٢. Brevius de eo disseruerunt Herbelot *Bibl. Orient.* in v. Giar allah, et Zamakschari, Reinaud *Geogr. d'Aboulfeda* I, p. cvi, Weijers in *Orient.* I, p. 344 et 364, Meursinge *de Sojutii Libro de Interpretibus Korani*, N. ١٢٧ p. ٤١, et p. 146 et seqq.; fusius Hammerus in *Literaturgesch. der Araber* VI, p. 225, 521 et seqq., et Wüstenfeld, *Ueber die Quellen des Werkes Ibn Challikani vitae illustrium virorum*, p. 34 et seqq.

SPECIMEN E LITERIS ORIENTALIBUS,

EXHIBENS

AZ-ZAMAKSARII LEXICON GEOGRAPHICUM,

CUI TITULUS EST

كتاب الجبال والامكنة والمياه,

QUOD

AUSPICE VIRO CLARISSIMO

T. G. J. JUYNBOLL,

PHIL. THEOL. MAG. LITT. HUM. ET THEOL. DOCT. LITT. ORIENT.
PROF. ORDIN. ET LEGATI WARNERIANI INTERPRETE,

E COD. LEYD. NUNC PRIMUM EDIDIT

MATTHIAS SALVERDA DE GRAVE,

Theologiae et Sacri Ministerii Candidatus.

LUGDUNI BATAVORUM,
APUD E. J. BRILL,
ACADEMIAE TYPOGRAPHUM.

MDCCCLVI.